



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXI. Vergleich des Klosters mit der Stadt Bernstein über Meßkorn und Meßgeld, Mühlen und Ländereien, vom Jahre 1315.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

Marwicz militibus nec non Slotekino nostre curie notario et aliis quam pluribus fide dignis.  
Datum Berlyn, anno domini millesimo trecentesimo decimo, feria secunda in carnis priuo.

Nach einer von Dreger'schen Abschrift des Originals.

XXI. Vergleich des Klosters mit der Stadt Bernstein über Meßkorn und Meßgeld, Mühlen  
und Ländereien, vom Jahre 1315.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Iniuriatur memorie frequentes obliuio. Longiquitate fit sepe temporis, vt res clara presentibus reddatur obscura futuris. Quocirca aduersus obliuionis dispendium de scripture suffragio prouidit industria sapientum. Cum itaque rerum gestarum certissima representatio sit scriptura, que verborum serie redactorum in ipsam neque minuit neque mutat; Sciant igitur vniversi tam presentes quam futuri, Quod nos Hynricus prepositus, Margareta abbatissa, totusque conuentus sanctimonialium in Berensten de matura prouidentia totius capituli nostrorumque amicorum omnes denarios missales dimisimus in perpetuum absolutos. Preterea tenemur ipsis persoluere singulis annis talentum denariorum leuium, scilicet in festo martini X solidos et in festo Walburgis totidem pro eo, quod Vniuersitas consulqm ciuitatis Berensten Molendinum, situm versus nouam Berlin, liberum et ab omni exactione, et Molendinum, quod in sacco dicitur, dimiserunt, excepto eo quod in superiori molendino uersus nouam Berlin duos choros siliginis in pacto et octo modios obtinebunt, et quod infra ciuitatem et stagnum, quod dicitur Volz, nullus aliud molendinum edificare debeat. Preterea duos montes, qui vocantur montes humili ex vtraque parte stagni curui sitos, claustro cum loco in quo nunc resident, et cum omnibus pascuis pecorum, infra metas ciuitatis hucusque habitas libere et pacifice cum pecoribus ciuitatis perfruantur. Ne igitur alicui in omnibus predictis dubium oriatur in posterum, XVI Manfos redactos in vniuersitatem ciuium, quod vulgariter dicitur Wortlant, cum vno manfo redacto in viam pecorum, quos manfos a Missali annona dimisimus liberos et exemptos. In hujus rei euentiam presentes literas sigillo prepositi et dominarum et ciuium atque dominorum de Wedelle fecimus communiri. Testes hujus facti sunt: Dominus Ludolfus senior de Wedele, Dominus Rudolfus de Liuendale, Dominus Bruningus de Segeuelde, Dominus Haffo de Wedelle, Dominus Henningus de Indagine, Plume de Tancowe, Nicolaus de Radun, Johannes prefectus, dictus Wendele, et consules ciuitatis Bernesten: Gerardus Dyabolus, Arnoldus Stolle, Johannes antiquus prefectus, Nicolaus currifex, Hinricus Sartor, Johannes Dorgeger, Petrus de Monte, Paulus gener, Lomberti Mater, Wichmannus de Indagine, Johannes Bernesten et alii quam plures fidedigni. Datum Liuennowe, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XV<sup>o</sup>.

Nach einer von Dreger'schen Abschrift des Originals.